urbes et habitantes in eis. Filij
quoq; isrl': reuersi sunt p tribus
et familias in tabernacula sua.
In dieb; illis non erat rex in isrl':
sed unusquisq; qd' sibi rectum ui
debatur. hoc faciebat. Explicit liber
iudicum. Incipit liber ruth. ~~
In dieb; unius iudicis qñdo iudices
pérant: facta est fames in terra.
Abijtq; homo de bethleem iuda.
ut pegrinaretur in regione moa
bitide: cum uxore sua ac duob; li
beris. Ipse uocabatur elimelech.
et uxor eius noemi. et duo filij al
ter maalon et alter celion: ephra
tei de bethleem iuda. Ingressiq; sr
regionē moabitidem: et morabā
tur ibi. Et mortuus ē elimelech:
maritus noemi. Remansitq; ipsa
cum filijs. Qui acceperunt uxores
moabitidas. Quar una uocaba
tur orpha altera ruth. Manseruntq;
decem annis ibi: et ambo mortui
sunt. maalon uidelicet et celion.
Remansitq; mulier orbata duob;
liberis ac marito. Et surrexit. ut
in patriam pgeret cũ utraq; nuru
sua: de regione moabitide. Audie
rant enĩ qd' respexisset dñs pplm
suũ: et dedisset eis escas. Egressa
est itaq; de loco pegrinatōis sue:
cum utraq; nuru. Et iam ĩ uia
posita reuertendi in terrã iudã:
dixit ad eas. Ite in domũ matris
urē. Faciat uobiscum dñs miam:
sicut fecistis cũ mortuis et mecũ.
Det uobis inuenire requiem: in
domib; uiror quos sortiture estis.
Et osculata est eas. Que eleuata
uoce flere ceperunt: et dicere. Te
cum pgemus ad pplm tuũ. Quib;
illa respondit. Reuertimini filie
mi. Cur uenitis mecũ? Num ul
tra habeo filios in utero meo. ut
uiros ex me spare possitis? Reũ
timini filie moabitides: ⁊ abite.
Iam enim senectute confecta sũ:
nec apta uinculo coniugali. Etiã
si possem hac nocte concipere et
parere filios. si expectare uelitis
donec crescant. et annos impleãt
pubertatis: ante eritis uetule
qm̃ nubatis. Nolite queso filie
mi. quia urã angustia magis me
premit: et egressa est manus do
mini contra me. Eleuata igitur
uoce: rursum flere ceperunt. Or
pha osculata est socrum ac reu̇sa
est: ruth adhesit socrui sue. Cui
dixit noemi. En reuersa est cog
nata tua ad poplm suum et ad
deos suos: uade cum ea. Que
respondit. Ne aduerseris m̃: ut
relinquã te et abeam. Quocumq;
perrexeris pgam: et ubi morata
fueris et ego parit' morabor. Po
pulus tuus popl's meus: et deus
tuus ds meus. Que te morientē
terra susceperit in ea moriar: ibi
q; locum accipiã sepulture. Hec
michi faciat ds et hec addat: si
non sola mors me et te separaue
rit. Videns ergo noemi quod ob
stinato animo ruth decreuisset
secum pgere. aduersari noluit:
nec ad suos ultra reditum psua

dere. Profecteqꝫ ſunt ſimul; et
uenerunt in bethleem. Quibꝫ
urbem ingreſſis: uelox apd' cun
ctos fama percrebuit. Dicebantqꝫ
mulieres. Hec eſt illa noemi. Quibꝫ
ait. Ne uocetis me noemi ſꝫ uo
cate me mara: quia amaritudi
ne ualde repleuit me omnipotēs.
Egreſſa ſum plena: et uacuam
me reduxit dn̄s. Cur igitur uo
catis me noemi. quam humilia
uit dn̄s. et afflixit omnipotens.
Uenit ergo noemi cū ruth moa
bitide nuru ſua de terra peregri
nationis ſue; ac reuerſa eſt in
bethleem: quando primū ordea
merebantur. II
Erat autem uir. elimelech cō
ſanguineus. homo potens ⁊ ma
gnar opum: nōie booz. Dixitqꝫ
ruth moabitis: ad ſocrum ſuā.
Si iubes. uadam in agrum. et
colligam ſpicas. que metentiū
fugerint manus: ubicumqꝫ cle
mentis in me patriſfamilias rep
perero grām. Cui illa reſpondit.
Uade filia mi. Abiit itaqꝫ: et
colligebat ſpicas poſt tergū me
tentium. Accidit autē. ut ager
ille haberet dn̄m nomine booz:
qui erat de cognatione elimelech.
Et ecce ipſe ueniebat de bethle
em. Dixitqꝫ meſſoribꝫ. Dn̄s uo
biſcum. Qui responderūt ei. Be
nedicat tibi dn̄s. Dixitqꝫ booz
iuueni: qui meſſoribꝫ p̄erat. Cuius
hec eſt puella: Qui reſpōdit. Hec
eſt moabitis que uenit cū noemi
de regione moabitide; et rogauit
ut ſpicas colligeret remanentes:
ſequens meſſor ueſtigia. Et de
mane uſqꝫ nunc ſtat in agro: ⁊
nec ad momentū quidē domū
reuerſa eſt. Et ait booz ad ruth.
Audi filia. Ne uadas in alterū
agrum ad colligendum. nec rece
das ab hoc loco; ſed iungere puel
lis meis: et ubi meſſuerint. ſeqre.
Mandaui enim pueris meis: ut
nemo moleſtus ſit tibi. Sed ſi
etiam ſitieris. uade ad ſarcinu
las: et bibe aquas de quibus et
pueri bibunt. Que cadens in
faciem ſuā. et adorans ſup terrā:
dixit ad eum. Unde m̄ hoc ut in
uenirem grām ante oculos tuos.
et noſſe me dignareris pegrinā
mulierem: Cui ille reſpondit. .
Nunciata ſunt m̄ omnia que fe
ceris ſocrui tue. poſt mortē uiri
tui; et qđ reliqueris parentes tuos
et terram in qua nata es: et ue
neris ad p̄plm quem ante neſcie
bas. Reddat tibi dn̄s pro ope tuo;
et plenam mercedem recipias a
dn̄o deo iſrl': ad quē uenisti. et
ſub cuius confugiſti alas. Que
ait. Inueni grām coram oculis tu
is dn̄e mi. qui conſolatus es me. et
locutus es ad cor ancille tue: que nō
ſum ſimilis unius puellar tuar.
Dixitqꝫ ad eam booz. Quando ho
ra ueſcendi fuerit. ueni huc et co
mede panem: et intinge bucellā
tuam in aceto. Sedit itaqꝫ ad
meſſor latus; et congeſſit polentā

ſibi. comeditq; et ſaturata eſt: et
tulit reliquias. Atq; inde ſurrexit:
ut ſpicas ex more colligeret. Prece
pit aũt booz pueris ſuis: dicens.
Etiam ſi uobiſcũ metere uoluerit:
ne ꝓhibeatis eam. Et de ueſtris q̃q;
manipulis proicite de induſtria
et remanere permittite. ut abſq; ru
bore colligat: et colligentẽ nemo
corripiat. Collegit ergo in agro uſ
q; ad ueſpam. Et que collegerat. uir
ga cedens. et excutiens: inuenit
ordei quaſi ephi menſurã. id eſt
modios tres. Quos portans reu̾
ſa eſt in ciuitatem: et oſtendit ſo
crui ſue. Inſuꝑ protulit. et dedit ei
reliquias cibi ſui: quo ſaturata
fuerat. Dixitq; ei ſocrus. Ubi ho
die collegiſti. et ubi feciſti opus?
Sit benedictus: qui miſertus ẽ
tui. Indicauitq; ei apud quẽ eẽt
opata: et nomen dixit uiri. q̃d
booz uocaretur. Cui reſpõdit noe
mi. Benedictus ſit a dño: quoniã
eandem grãm quam ꝓbuerat ui
uis. ſeruauit et mortuis. Rurſuq;
ait. Propinquus nr̃ eſt homo. Et
ruth. Hoc quoq; inquit precepit
m̃: ut tam diu meſſorib; iungerer.
donec omñs ſegetes meterentur. ✠.
Cui dixit ſocrus. Melius eſt filia
mi. ut cum puellis eius eas ad
metendum: ne in alieno agro q̃ſ
piam reſiſtat tibi. Iuncta ẽ itaq;
puellis booz: et tam diu cum eis
meſſuit. donec et ordea et triticũ
in horreis conderentur. III
Poſtquam aũt reuerſa eſt ad
ſocrum ſuã: audiuit ab ea. Filia
mi. queram tibi requiem: et ꝓui
debo ut bene ſit tibi. Booz iſte cui᷒
puellis in agro iuncta es. propin
quus nr̃ eſt: et in hac nocte areã
ordei uentilat. Lauare igitur et
ungere. et induere cultiorib; ueſti
mentis: ac deſcende in aream.
Non te uideat homo: donec eſũ
potumq; finierit. Quando aũt
ierit ad dormiendũ: nota locũ
in quo dormiat. Uenieſq; et diſ
coopies pallium quo operitur. a
parte pedum: et proicies te ⁊ ibi
iacebis. Ipſe autẽ dicet tibi: quid
agere debeas. Que reſpõdit. Q̃c
quid ꝑceperis faciam. Deſcendit
q; in aream: et fecit omnia que
ſibi imperauerat ſocrus. Cumq; co
mediſſet booz et bibiſſet. et factus
eẽt hilarior. iſſetq; ad dormiendũ
iuxta aceruũ manipulorum: uenit
abſcondite. et diſcooperto pallio. a
pedib; eius ſe proiecit. Et ecce
nocte iam media. expauit homo
et conturbatus ẽ: uiditq; mulie
rem iacentem ad pedes ſuos. ⁊ ait
illi. Que es? Illa reſpondit. Ego
ſum ruth ancilla tua. Expande pal
lium tuũ ſuꝑ famulã tuam: quia
ꝓpinquus es. Et ille. Benedicta
inquit es dño filia: et priorem miſe
ricordiam poſteriore ſuperaſti: q̃a
nõ es ſecuta iuuenes pauperes ſiue
diuites. Noli ergo metuere: ſed q̃c
quid dixeris m̃. faciam tibi. Scit
enĩ omnis popl̾s qui habitat intra
mee urbis portas: mulierem te

esse uirtutis. Annuo me propinquum.
sed est alius me propinquior. Qui
esce hac nocte. et facto mane si te
uoluerit iure propinquitatis retine
re. bene res acta est. Sin autem ille
noluerit; ego te absque ulla dubi
tatione suscipiam. uiuit dominus. Dor
mi usque mane. Dormiuit itaque
ad pedes eius. usque ad noctis abs
cessum. Surrexit itaque antequam
homines se cognoscerent mutuo.
Et dixit booz. Caue ne quis noue
rit. quod huc ueneris. Et rursum. Ex
pande inquit pallium tuum quo
operiris. et tene utraque manu.
Qua extendente et tenente. men
sus est sex modios ordei. et posuit
super eam. Que portans ingressa
est ciuitatem. et uenit ad socrum
suam. Que dixit ei. Quid egisti
filia? Narrauitque ei omnia que
sibi fecisset homo. et ait. Ecce sex
modios ordei dedit michi. et ait.
Nolo te uacuam reuerti ad socrum
tuam. Dixitque noemi. Expecta fi
lia. donec uideamus quem res exi
tum habeat. Neque enim cessabit
homo. nisi compleuerit que locu
tus est.

IIII

Ascendit ergo booz ad portam. et sedit ibi.
Cumque uidisset propinquum prete
reuntem. de quo prius sermo habitus
est. dixit ad eum; declina paulisper
et sede hic. uocans eum nomine suo.
Qui diuertit. et sedit. Tollens
autem booz decem uiros ciuita
tis. dixit ad eos. Sedete hic. Qui
bus residentibus; locutus est ad
propinquum. Partem agri fratris
nostri elimelech uendidit noemi. que
reuersa est de regione moabitide.
Quod audire te uolui. et tibi di
cere. coram cunctis sedentibus ma
ioribus natu de populo meo. Si
uis possidere iure propinquitatis;
eme et posside. Sin autem tibi
displicet; hoc ipsum indica michi.
ut sciam quid facere debeam.
Nullus est enim propinquus. ex
cepto te qui prior es. et me qui
secundus sum. At ille respondit.
Ego agrum emam. Cui dixit
booz. Quando emeris agrum
de manu mulieris; ruth quoque
moabitidem que uxor defuncti
fuit debes accipere. ut suscites
nomen propinqui tui. in heredi
tate sua. Qui respondit. Cedo
iure propinquitatis. neque enim
posteritatem familie mee delere
debeo. Tu meo utere priuilegio.
quo me libenter carere profiteor.
Hic autem erat mos antiquitus
in israel inter propinquos; ut siquan
do alter alteri suo iure cedebat. ut
esset firma concessio soluebat ho
mo calciamentum suum. et dabat
propinquo suo. Hoc erat testimo
nium cessionis. in israel. Dixit er
go booz propinquo. Tolle calcia
mentum. Quod statim soluit de
pede suo. At ille maioribus natu.
et uniuerso populo. Testes inquit
uos hodie. quod possederim omnia
que fuerunt elimelech et celion et
maalon. tradente noemi. et ruth

moabitidem. uxorem maalon in
coniugiū ſumpſerim; ut ſuſcitē
nomen defuncti in hereditate ſua:
ne uocabulum eius de familia
ſua ac fratrib; et populo deleat.
Vos inquam: huius rei teſtes
eſtis. Reſpondit omnis populus
qui erat in porta: et maiores na
tu. Nos teſtes ſumus. Faciat do
minus hanc mulierem que ingre
ditur domū tuam. ſicut rachel et
liam que edificauerunt domum
iſrl': et ſit exemplum uirtutis in
effratha. et habeat celebre nom̄
in bethleem. Fiatq; domus tua
ſicut domus phares. quē thamar
genuit iude. de ſemine quod tibi
dederit dn̄s ex hac puella. Tulit
itaq; booz ruth: et accepit uxorē.
Ingreſſusq; eſt ad eam: et dedit
illi dn̄s ut conciperet et pareret
filium. Dixeruntq; mulieres ad
noemi. Benedictus dn̄s. qui nō
eſt paſſus ut deficeret ſucceſſor
familie tue; et uocaretur nomen
eius in iſrl': et habeas qui conſole
tur aīam tuam. et enutriat ſene
ctutem. De nuru eñi tua natus
eſt qui te diliget: et multo tibi
melior eſt. quam ſi ſeptem habe
res filios. Suſceptumq; noemi
puerum poſuit in ſinu ſuo: et
nutricis ac gerule officio funge
batur. Vicine aūt mulieres con
gratulantes ei. et dicentes natus
eſt filius noemi: uocauerunt no
men eius obed. Hic eſt pat' yſai:
patris dauid. Hee ſunt generati
ones phares. Phares: genuit eſ
rom. Eſrom: genuit aram. Aram:
genuit aminadab. Aminadab: ge
nuit naaſon. Naaſon: genuit ſal
mon. Salmon: genuit booz. Booz:
genuit obed. Obed: genuit yſai.
Yſai: genuit dauid. Explicit liber
Ruth.

prolog' sancti ieronimi
pbri in libros regum.

igniti et duas e litt
ras apud hebreos si
ror quoq; lingua et
caldeor testatur: que hebrei
ex parte confinis est. nam
ginti duo elementa ha
eodem sono. sed diversis ca
samaritani etiam pen
m moysi totidem litteris
t: figuris tantum et a
discrepantes. Certumq; e
zram scribam legisq; doctorem
captam therusalem et in
onem templi sub zorobabel
litteras repperisse. quibus nunc
cum ad illud usq; ad
eosdem samaritanorum et
caracteres fuerint. In li
numerorum hec eadem sup
sub levitarum ac sacerdo
mistice ostenditur. et
tetragramaton in q
grecis voluminibus usq;
antiquis expressum litteris
Sed et psalmi. tricesimus
us. et centesimus decim
undecimus. et cen
octavus decimus. et centesimus
quadragesimus quartus.
diverso scribantur metro
tamen texuntur
et iheremie lamentationes
oratio eius. salomonis quoque
proverbia. ab eo loco in quo
mulierem fortem quis inveniet
eisdem alphabetis vel inci